

no suo N. imperatori cesari semper augusto Babenbergensis ecclesia speciali quadam fidelitate sibi semper suisque antecessoribus devincta fidele et stabile servicium cum devotis orationibus. § [82] Dei gratia Wirzeburgensis ecclesie episcopus preposito et decano sancte Babenbergensis ecclesie cum tota fratrum congregatione fraternę dilectionis exhibitionem. § [83] Dei gratia Romanorum imperator augustus Ratisponensium^j episcopo gratiam suam et omne bonum ut fidele karissimo. § [84] A. Mogontinus, F. Coloniensis, Ö. Constantiensis, B. Wormatiensis, A. Spirensis per dei misericordiam archiepiscopi, episcopi^k, V.^l Fuldensis abbas, H. quoque dux^m, G. palatinus comes, B. comes et ceteri utriusque professionis principes, qui exequiisⁿ imperatoris intererant, O.^o Babenbergensi episcopo hinc fraternas in Christo orationes inde fidelissimum devote servitutis obsequium. § [85] N. in Christo membris vero vere religionis speculo D. dei gratia, si quid est, inter erumpnas imminentis^p procellę ad ea, quę sursum sunt, indesinenter suspirare. § [86] Amico^q suo plenę dilectionis affectum.

[C] Venerabili sanctę N.³² ecclesie episcopo O.³³ dei gratia sanctę Babenbergensis ecclesie licet indignus minister obsequii devotionem et sedulam orationum exhibitionem. Relatione quorundam signatum^r est nobis, vos de puritate dilectionis, quam erga vos habemus, minus confidere. Testis enim nobis est divinitas et conscientia nostra, quod sincera dilectione vos in Christo diligimus et quod gloria vestra et dignitas nobis ex animo cara est, tum quia propinqui nostri milites vestri sunt, tum vero specialiter quia filius estis ecclesie, cui nos gratuita misericordia dei sua dignatione non nostris meritis deservire voluit. Et quia probationem^s dilectionis exhibitione operis vita comita(n)te et deo propicio rebus ipsis experimentum capietis, quantam de dilectione nostra erga vos fiduciam habere debeatis. Clerico nostro N. in recompensationem^t longi et fidelis servicii sui preposituram N.³⁴ concessimus, quem in fidem [et] gratiam vestram cum ipsa prepositura intime commendamus, ut ei nostri causa clemens et bonus sitis, ubicumque vestro auxilio et consilio indiguerit. Omnipotens deus sua protectione a malis omnibus

i) N. dei CU j) N. Ratisponensium CU k) et episcopi CU l) Ö. CU
 m) danach folgt F. dux CU n) erstes e korrigiert aus a Hs. o) venerabili
 fratri O. CU p) e korrigiert aus t Hs. q) N. amico CU r) signeatum
 Hs. s) probatio Hs. t) p korrigiert aus s Hs.

32) Vermutlich Bischof Heinrich I. von Regensburg (1132–1155).

33) Bischof Otto I. von Bamberg (1102–1139).

34) Vermutlich das spätere Prämonstratenserstift Windberg.